



N A T V R A.

D Roh Deum immortalem, quam contristatus sum si humanum genus considero, quod Deus juxta imaginem suam, & ad perfectum opus, creavit, quod supra omnibus cæteras creaturas, absque recto usu temporis, & ratione, tam procul à me (Natura) recedit. Loquor heic tecum, tamquam stolido Philosophastro, dum te Chemicum Practicum, bonumque Philosophum nominas; & tamen arte, recta materia, Theoria, scientia, meique agnitione omnino destitutus es. Stupide a sine frangis vitra, & comburis carbones, ut ex vaporibus caput tuum insaniat: coquis alumen, Sal, auripigmentum, nigredinem, & metalla fundis, paruas, magnasque fornaces facis, multifariaque vasa usurpas: nihilominus tamen me tuæ pudet stultitiæ, & quod magis est, cum foetido tuo fumo sulphureo me angis. Per fortiter ardentem tuum ignem argentum viuum figere conaris: cum tamen saltim vulgare volatile, & non illud fiet, quo ex ego metalla facio, & ita hac via, ni per aliam incedas, nihil omnino efficis; meis namque viis non recte vteris, nec artificium meum intelligis. Melius tibi esset, ut nactam Spartam adornares, quam tot friuola dissolueres, distillares, dein per alembicos, cucurbitas, distillatoria, & pelecános cōgelares. Numquam hac ratio-

Bb

3

ne